



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 120. Carolus VIII. Franciæ Rex Ludovici XI. Successor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Saecul. XV.

A.C. 1483.

tum nonnisi sexennem sibi jungit, quae usque ad tertium decimum aetatis suae annum in Sabaudia a Matre sua educata, demum in Flandriam ad Sponsum suum deducta est. Primo conjugii anno ex ea suscepit Filium nomine Joachimum Normanniae Ducem, qui tamen tenera adhuc aetate vivis eripiebatur. Alterum habuit Carolum regni successorum, tertium denique nomine Franciscum haud diu vita superstitem. Eadem conjugio tres quoque reliquit Filias, quamvis P. Daniel nonnisi duas numeret; quarum natu major in prima aetate obiit, altera erat Bellojovienensis Comitissa, postmodum Borbonii Ducis. Tertia demum Joanna Aureliae Ducis conjugio juncta Biturigibus Ordinem abbatissarum erexit, postquam repudicata fuerat a suo conjugio, qui postea Carolo VIII. successor fuit, Ludovicus XI. Galliarum Rex nominatus.

§. CXX.

Carolus VIII. Franciae Rex Ludovici XI. Successor.

Igitur Ludovico Rege fati functo Carolus VIII. ejusdem Filius successorum decimum tertium aetatis annum, ac biennio jamjam emensus, proin juxta Carolo V. ejus tritavi sanctionem tutoris potestatem

testatem jamjam egressus. Ceterum donec Carolus per ætatem regni habenas moderari valeret, Ludovicus paulo ante obitum suum administrationem Annæ de Francia Filiæ suæ Comitis Belloviensis conjugii demandavit, foeminæ ingenii acie, prudentia, animi fortitudine & constantia nulli Viro secundæ; verbo, nullæ in ea desiderabantur dotes ad hoc munus digne obeundum necessariae: cum vero illos, quibus ad regimen quoddam jus erat, imperandi cupiditas acriter incitasset, inde ingentes suscitati fuere tumultus, quos provida Regis defuncti prudentia nullatenus antevertere poterat.

Sæcul XV.
A.C. 1483.

§. CXXI.

Duo administrationis æmuli.

De suprema Regni administrandi auctoritate contendebant inter se Ludovicus Aurelianensis Dux, & Joannes II. Dux Borbonius Bellojoviensis Comitis frater natu major; quorum prior administrationem sibi deberi affirmabat, eo quod licet ætate minor, Regi tamen defuncto sanguine proximior esset, Borbonius vero hoc jus sibi præprimis attribuebat, eo quod Regis Amitam uxorem haberet, ac præterea se publicis regni negotiis magis idoneum diceret, quam

L 2

scemi-